

0212

1737 27

32

ORDINIS  
IVRE CONSVLTORVM

ACADEMIA IN  
VITEMBERGENSI

H. T.

DECANVS  
GODOFRIDVS  
LVDOVICVS  
MENCKEN

ICTVS

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS ET  
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE AVLAE AC IV-  
STITIAE NEC NON IN SVMMO PROVOCATION-  
SENATV CONSILIARIVS ITEMQVE COLLEGIO-  
RVM QVAE VITEMBERGAE FLORENT IVRI-  
DICORVM ET IVDICII PROVINC LVSAT.  
INFER ASSESSOR



quidem in feudis personas, quae masculini sunt sexus, regulariter succedere, 1. F. 8. f. 1. beneficia a Vasallis licite non alienari, 2. F. 55. nec feudi possessorem de his iure testari, 1. F. 8. in fin. pr. legimus. Partis tamen interdum a Iuris Feudalis regulis recedi, successionem filiarum, alienationemque permitti, & facultatem de feudis, mortis causa disponendi, indulgeri, cernimus. Eo igitur facto, illud, quod summo iure antea non licet, ex Domini directi voluntate atque consensu, nunc valide Vasalli suscipiunt & peragunt. Haud raro autem, conventionis egrediuntur limites: quibus Vasalli negotiis, contra intentionem suam, Dominus nimis praegrauatur. Hinc lites quam saepissime extriuntur, controversiaeque existunt, quas accurate componere, ac suum cuique tribuere, publice interest. Igitur ut lites perimantur, controversiaeque bene decidantur, nihil puto esse utilius, quam pauci respicere uerba, & secundem ea, Domini que voluntatem, iudicare. Sic semper, utrum licite Vasallus quid egerit, an uero iustum dissentendi & contradicendi causam Dominus directus habeat, constabit & apparebit. Fingamus igitur, ut eo melius, quid sit illud, de quo disputetur, omnes intelligant. Fingamus, inquam, quemnam sibi feudum acquisuisse nouum, neminem autem, in ipso conuentonis initio, a iuris feudalis regulis recessisse: dum haec praesuppo-

supponimus, quae in dubio praefumuntur, Vasallum de hoc testamentum non condere, hoc uale non alienare, nec succedere filias, quilibet affirmabit. Finiamus porro, quo commodius de reliquis differere queamus, petere acquirentem precibus a Domino, cui, quantum ad illum pertinet, a regulis feudalibus recedendi competit facultas, arg. l. 46. §. i. D. de Acquir. Possess. l. 80. D. de Solur. l. 35. D. de R. I. ut petitis suis benevolie deferat, ac in his memoratis casibus feudi naturam commutet. Ponamus etiam, Dominum uotis supplicationibusque Vasalli relinquere locum, ac ita, cum illo, de filiarum pacisci successione: daß selbiges samme dessen Zubehörungen auf Supplicantens Leibes: Erben männlichen und weiblichen Geschlechts in linea descendenti in infinitum nach Erbgangs-Recht kommen solle. Quia inita pactio, filiae ad feudum etiam adspirabunt. Ut autem insuper Vasallus & eius descendentes, sexus utriusque, de feudo, tam inter uiuos quam mortis causa, disponere queant, eam simul adiici clausulam: ihnen unter und gegen einander, sowohl quoad actus inter uiuos, als mortis causa davon zu disponiren, und frey darmit zugebahren, nachgelassen seyn solle. Nemo tamen existimabit, per hanc conventionis legem, illis ius esse quaesitum, de feudo, quam libertime, & prout ipsis fuerit uisum, disponendi, cum contrarium uerius, & restrictam magis limitibus, quam absolutam facultatem esse concessam, appareat. Id enim indulxit Dominus, suoque permisit pacto, ut uale Vasallus supplicans eiusque descendentes, sexus tam masculini, quam foemini, inter se invicem, ceu pacti uerba: ihnen unter und gegen einander innuunt, de beneficio disponant,

nec

nec, utrum per aetum quendam inter viuos, an mortis causa ad eos transeat, intersit. Econtra id, quod etiam licite in talem, qui descendens non est, transferre queant, Dominus non concessit, potius prohibuit. Renunciatio enim iurium non praesumitur, & Dominus illud, quod naturae rei conuenit, & de quo expresse pactus non fuit, in dubio denegasse uidetur.  
arg. l. 219. D. de V. S. Hoc eo minus dubii habebit, quo lucidius de mente Domini directi pacientis constabit: utputa, si haec prioribus simul subiunxit verba: solche Verwandlung des Mannes in Erb- und Weiber-Lehn, dasferne Supplicant, oder dessen descendanten gedachtes Guth nicht mehr an sich behalten, sondern dasselbe ad extraneum bringen und veralieniren würden, völlig erloschen hierdurch geachtet, hingegen das Guth und Pertinentien, die Natur und Eigenschaften der Mann-Lehn-Güter wieder an sich nehmen, nicht weniger sonst, in Ermangelung derer descendanten, dem Lehn-Herrn, und dessen Nachkommen wieder heinsallen, gestalt denn auch alles solches den jetzigen und künftigen Lehn-Briefen, deutlich, und darneben nach dieses, daß er, und dessen descendanten, solch Guth, der bisheriigen Schuldigkeit nach, verdienen, und auf begebenden Falle, der Erblehn, denen Lehn-Rechten gemäß, Folge zu thun, verbunden seyn solle. Qua clausula omni ex parte utili ac salutari adiecta, feudi, talibus priuilegiis exornati, possessores, facili negotio, quid Dominus directus concesserit, confessim cognoscunt. Ut ita, cum, de Domini pacientis mente atque intentione, eo melius constet, lites componere, & apparentes controversias decidere, difficile non sit. Succedunt igitur secundum

secundum hanc conuentionis legem filiae, disponit  
similiter Vasallus eiusque descendentes de illo licite &  
firmiter, quando per hanc dispositionem ad quendam,  
qui a supplicante sanguinem dicit, peruenit. Ad quos  
deinde beneficium non pertinet solum, sed & cum ea-  
dem qualitate paetitia, qua ipse possedit, transit.  
Ast in extraneum, qui descendens non est, transferre,  
Dominus prohibuit, quippe quod, conuentionis uerba,  
sufficienter demonstrant. Forsan quis coniiciet, feu-  
dum nunc pacto transisse in mere hereditarium.  
Et, quia hoc iure allodialium censetur, Vasallusque de  
illo libere disponit, ac pro libitu heredem quemcun-  
que, etiam extraneum, nominat, STRVVIVS Synt.  
*Jur. Feud. Cap. 9. §. 12. STR YK. Exam. Jur. Feud. c.*  
*14. n. 4. simul existinabit Dominum, quod Vasallus sup-*  
*plicans, uel eius descendentes licite personae extraneae*  
*titulo quoquaque assignare possit, permisissé. Ve-*  
*rum, an ille recte argumentetur, admodum dubito.*  
*Equidem, hic de feudo disponendi facultatem a Domi-*  
*no directo concessam esse, non diffiteor, quaeque*  
*tamen de restricta, certisque limitibus circum-*  
*scripta, cestantur facultate. Id enim Dominus permisit,*  
*ut hi inter se, uerb: unter und gegen einander ualide,*  
*prout ipsis libuerit, tantum disponant, extraneo au-*  
*tem, nullo eorum facto, beneficium obueniat. Me-*  
*rito huic refero clausulam, quae dicto adiecta est pacto:*  
*nicht weniger sonst in Ermangelung derer Descen-*  
*denten dem Lehn Herren und dessen Nachkommen, wie*  
*der heimsassen solle. Haec uerba cum prioribus colla-*  
*ta, simul, cum Dominus, ut ulteriori prosapia suppli-  
cantis deficiente, feudum ad se uicissim redeat, dixe-  
rit, id indicant, quod feudum non mere hereditari-  
um*

um, sed ratione Vasalli, eiusque descendantium tales  
sit, & appellari queat, illi tantum in infinitum suc-  
cedant, inter se inuicem libere disponant, extraneo-  
vero, qui descendens non est, non relinquant. Mu-  
ltato magis autem aberrabit ille, atque a recta recedet  
via, qui feudum hoc in allodium conuersum fuisse,  
iudicabit, atque exinde, Vasallorum de feudo factas  
ordinationes conseruandas esse, comprobabit. Huic  
enim inter cetera praeprimis haec obiicio pacti uerba:  
nicht weniger sonst, in Ermangelung derer de-  
scendenten, dem Lehn-Herrn, und dessen nachkom-  
men wieder heinsfallen. Et praeterea etiam: daß er  
und dessen descendanten, solch Guth, der bishe-  
rigen Schuldigkeit nach, verdienien, und auf bege-  
benden Falle, der Erb-Lehn, denen Lehn-Rechten ge-  
mäß, Folge zuthum, verbunden seyn solle. Ulteriori  
autem prosapia deficiente pertinere ad dominum dire-  
ctum, & obligari etiam ad debita feudalia, cum natura rei  
allodialis non conspirant. Tandem speciose quis forsitan  
contra me argumentabitur, ex his conuentionis uerbis:  
daferne Supplicant, oder dessen descendanten, gedachtes  
Guth, nicht mehr an sich behalten, sondern dasselbe  
ad extraneum bringen und veralieniren würden, völ-  
lig erloschen hierdurch geachtet, hingegen das Guth  
und pertinentien, die Natur und Eigenschaften derer  
Mann-Lehn-Güter wieder an sich nehmen solle: mi-  
nimum, quod feudi possessor beneficium in perso-  
nam extraneam habilem transferre possit, Dominum  
permisisse, ita tamen, ut qualitas pactitia feudi, extraneo,  
qui sanguinem a supplicante non dicit, traditi aut:  
relicti, confestim extinguatur, beneficiumque uicissi-  
sim feudi proprii naturam induat. Et sic ad summum

pactum

pacti uerba explicari possent. Quis autem hic sit  
ille habilis successor, regulae feudales demonstrant.  
Hae enim, masculini sextus personas tales esse, si-  
gnificant. Et quamuis, foeminis quoque concedi  
posse, ex textu *i. F. 8.* appareat, tamen, ut hoc cum  
Dominii consensu & dispensatione, cui illud praeiudi-  
cat, fiat, necesse est. Igitur, quia renunciatio iuriuum  
non praesumitur, praeterea etiam Dominus sibi ex-  
pressè prospexit, ne ad extraneum pertineat, &, si  
etiam Vasallus ad hunc deuoluat, feudi proprii natu-  
ram confessim induat: minimum in extraneum ma-  
sculum vasallus transferet. Ita facile nunc intellectu  
est, quid iuris uxor, si ulteriori prosapia deficiente,  
feudum forsitan ipsi maritus reliquerit, in hoc assequa-  
tur. Nam, cum omnes foeminas extraneas inhabiles  
nominari, & sine consensu Domini non admitti uidea-  
mus, idem de coniugibus, quae supplicantis & acqui-  
rentis descendentes non sint, affirmare, quis prohibe-  
bit. Ponamus autem, Vasallum precibus a Domi-  
no petere atque contendere, ut sibi beneuole  
indulgeat, & secun iterum paciscatur, quo, de-  
scendentibus amplius non extantibus, valide ascen-  
dientibus & coniugibus, ipsi, ac suis descendientibus, ti-  
tulo etiam quocunque, prout ipsis libuerit, beneficium  
attribuere liceat. Insuper & haec, supplicationibus suis,  
aduicere, ut his nominatis personis feudum non obue-  
niat solum, sed & cum pactitia qualitate, sub qua  
ipse possedit, simul transeat, nec prius, quam si haec de  
translato disposuerint beneficio, extinguatur, ac proprii  
feudi natura redeat. Quando dominus supplicantis  
vasalli petitis desert, huicque ex uoto responderet, at-  
que in omnia consentit, dubium non est, quin ua-  
sallus

fallus, uel eius descendentes, ex nouiori hoc pacto,  
feudum, ascendentibus suis & coniugibus, titulo quo-  
cunque, attribuere, eoque facto, ut illi beneficium,  
sub eadem qualitate, accipiant ac possideant, efficere  
queat. Domino enim liberum est, iuri renuncia-  
re suo, naturam feudi commutare, ac consolidationem  
remorari, arg. l. 46. D. de acquir. posses. l. 80. D. de So-  
lut. l. 35. D. de R. I. Quid si autem ita Dominus, ad  
petita supplicationesque Vasalli responderit: Obwohl  
in vorigen von dato nächsthin ertheilten Rescript,  
die dabey geführte intention zur Gnüge, auch auf  
die jazzo in specie angegebenen Fälle, wo nicht wört-  
lich, doch in legalen Verstande, und nach der  
verwilligten Verwandelungs-Art, bereits aus-  
gedrückt zu befinden, so wölle man doch hiermit  
nachfolgende deutliche Erklärung thun, daß  
besagtes Guth bey ermeldeten Supplicanten, und  
allen seinen Descendenten als Erbe angesehen, folg-  
lich nicht nur alle ihre hierüber getroffene Hand-  
lungen, inter uiuos und dispositiones mortis causa,  
wie sie nahmen haben mögen, vor gültig gehalten,  
sondern auch, wenn jemand unter ihnen ab intesta-  
to verstürbe, solches, nach Erbgangs-Recht, auf die  
sodann vorhandene Erben versälet werden. So-  
bald es aber durch eine von den überwehnten Ar-  
ten auf eine personam extraneam fäme, die vorige  
Mann-Lehns Qualität wieder annehmen solle. Po-  
terit ergo Vasallus supplicans, uel eius descendenti-  
um quidam, feudum suae assignare coniugi? Non  
poterit. Nihil enim magis, per haec declarationis  
nouissimae uerba, sunt asequuti, quam quod ipsis

B

per

per prius iam competit pactum. Ea de causa, ne  
multus sim, non immerito, quae in antecedentibus  
abunde commemorauit atque exposui, huc repeto.  
Et cum ibi, coniuges habiles personas accipientes  
non esse, multis comprobauerim argumentis, nec pi  
supremae huius declarationis beneficium ad illas per  
tinebit. Idcirco, si nihilo secius supplicans, uel qui  
dam descendantium, suae coniugi iam attribuerit  
feudum, Dominus hanc inuestire non tenebitur, cum  
contra conventionis legem, & iuris regulas, in illam  
transtulerit. Nec adiuuabit coniugem, feudum ua  
lide & consensu Domini in ipsam translatam fuisse,  
affirmantem, legi in declarationis rescripto sequen  
tia: obwohl in vorigen ertheilten Rescripte, die da  
ben geführte Intention zur Gnüge, auch auf die jeso  
in specie angegebenen Fälle, wo nicht wörtlich, doch  
in legalen Verstande, und nach der verwilligten  
Verwandlungs-Artz bereits ausgedrückt zu befin  
den. Videntur quidem haec declarationis uerba  
trahi posse in partes coniugis, & exinde probari,  
quod Dominus hos casus simul prioribus com  
prehenderit, & consequenter per prius pactum, sup  
plicanti eiusque descendantibus, coniugibus suis fir  
miter feudum assignare, iam licuerit, cum se, illos in  
specie, in nouissimis supplicationis literis commemo  
ratos casus, iam in anterioribus expressisse, atque, quid  
in his fieri uelit, sufficienter aperuisse, dixerit. Ve  
rum, quando rem paullo penitus inspicio, & con  
ventionis uerba mecum accuratius perpendo atque  
uoluto, contrarium, nimirum, quod feuda illicite  
atque intualide coniugibus deferantur, uerius esse, in  
uenio.

uenio. Quandoquidem uerborum recensitorum & enarratorum non alias est sensus, quam quod in prioribus literis iam satis & sufficienter Vasallo supplicanti suam patefecerit mentem, & quid fieri uelit, exposuerit. Prohibuisse autem ibi translationem feudi in coniugem deduxi, igitur dum in nouissimae responsionis verbis ad priora se refert, iterum priora, quae antea iam permiserat, repetuisse & confirmasse, econtra, quae prohibuit, simul & hic prohibuisse, ac ut omnia, priori conuentioni contraria, omnino infirmantur, voluisse consequitur. Ita minimum in ascendentes beneficium, modo masculini sint sexus, quidam descendantium transferre potuerit, quibus secundum regulas feudales, alias non obuenit; 2. F. 50. cum liberis suis solum Valalli prospiciant. Coniugi autem ualide non attribuet, nec, ut Dominus hanc inuestiat, per conuentionis leges compellitur. Ponamus ergo Vasallum, ulteriori prosapia deficiente, nihilosecus feudum coniugi, forsitan per ultimam uoluntatem, reliquisse. Hac ordinatione Vasalli, consolidatio dominii directi cum utili non remorabitur. Siquidem, cum inhabili personae feudum assignauerit, dum regulas feudales & pacti limites non obseruauit, nihil egisse ac disposuisse uidetur. Iniustum itaque non est, quando Dominus feudum illicite, in aliud translatum, vindicat, qui sibi praeterea expresse prospexit atque consuluit his prioris pacti uerbis, nicht weniger sonsten, in Ermangelung derer Descendenten, dem Lehn-Herrn, und dessen Nachkommen, wieder heim fallen solle: quae in nouissima declaratione dominum repetuisse, supra commemora-

ui. Igitur, cum eum in statu recidat, ac si ultimus  
feudi possessor non disposuisset, sed ab intestato dece-  
sisset, beneficium, per mortem huius apertum, redi-  
bit ad dominum, ad coniugem autem institutam non  
pertinebit. Et si, coniugem forsan, sine domini con-  
fensu & dispensatione, iam, illicite a marito relictu  
feudi possessionem, sibi vindicasse, fructusque ex eo  
similiter percepisse, contigerit, hos simul dominus,  
cum ipso feudo, reuocabit. Sicuti enim mala fide be-  
neficium possidet, ita illam etiam fructus mala fide  
percipere, & restituere teneri, consequitur. *f. 35. Inſt.  
de R. D.*

Pluribus his inhaerere, in praesenti non licet.  
Nam ad eum, qui mihi scribendi occasionem pre-  
buit, nunc mea se deflectit oratio. Quod autem ad  
uitam, doctrinam, moresque nostri Candidati attinet,  
de his multa proferre, me quidem Ordinis nostri De-  
canum oporteret, sed una eiusdem Patrem non decet.  
Breuiter tamen dicam, quae praetermittenda non  
sunt. Natus est, Lipsiae, A. M DCC XI. d. IX. Ianuar.  
Et, cum mihi uideretur, hunc paeceptoribus, ut ad  
humaniora, ceu uocantur, studia duceretur, trade-  
re, singulari dexterorum Virorum GVHLIN-  
GII, GERLACHII, KLOTZII aliorumque di-  
ligenzia adiutus, dignum tandem & habilem, qui  
ciuium academicorum numero adscriberetur, iudica-  
ui. Quam primum hoc factum est, ut principia rei  
literariae eo melius fundaret ac confirmaret, ab ore  
Magnifici atque Consultissimi Domini CRELLII pe-  
pendit, cuius manuductionem, dexteritatem plane  
fingu-

9.

Singularem, ac propensam, vice non una, declaratam  
benevolentiam, multum aestimat ac ueneratur. Si-  
militer III. BERGERVM, historiae notitiam traden-  
tem, ac Magnificum HASSENIVM, *Synops. Prud.  
Mov.* explicantem, nec minus Excellentissimos & Am-  
plissimos Viros, HOLLMANNVM, SCHLOS-  
SER VM, BAVMEISTER VM, in Philosophicis,  
sedulo audiuimus, quibus omnibus ac singulis multum  
se debere, profiteretur. Cum Iuris studio se dederet,  
me duce, illa, quae eo quacunque ratione pertinere ui-  
debantur, sive principia, sive ulteriora, hausit, debita-  
que attentione sibi impressit. Sed & ad pedes Illu-  
strium ac Magnificorum Consummatissimorumque  
Dn. LEYSERI, BASTINELLERI, KRAV-  
SII, WERNHERI, nostrique laudati CRELLII  
sedit, iisque omni attentione auscultatis, ita profecit,  
ut postquam ultra Lustrum Academica tractasset  
studia, dignus mea, Patris, censeretur sententia, qui  
examen pro Candidatura subiret. Quod & nostri  
cum Ordinis approbatione, Ao. M DCC XXXIV.  
d. XIV. Decembr. sustinuit. Ex quo, ad iura aliis tra-  
denda, acquisitionae Iuris peritiae eo melius excolendae  
& expoliendae causa, non contemnanda applicatione,  
se conuertit. Qui labor non sine fructu successit, ut  
omnino ad ulteriores capessendos honores, sat iuste  
& legitime praeparatus, & Ordini nostro, & mihi,  
quem eo inuigilare & attendere uel maxime attinebat,  
iudicaretur. Inde examen secundum sustinuit, vul-  
go rigorosum dictum, nostrae Facultatis amico cum  
applausu dimisssus. Nunc proxime de *Crimine Perdu-  
ellionis eiusque poena* disputabit, ubi, quid disceprando

B 3

ualeat,

\* Leon. Leidoriens  
Mencken

ualeat, experietur uires ac exhibebit, sine Praeside,  
postquam haec Gratia, a Sacra Regia M. iestate, clemen-  
tissime impetrata est. Fxit Diuum Numen, quid  
omnia prouider atque dirigit, ut hoc etiam labore  
transacto, impensa operae ac studii fructu non desti-  
ruatur, imo gaudeat, quod, paterno commotus affectu  
& propensione, ipsi ex animo gratulabor. **Et**  
itaque Rector Academiac Magnificus, Illustrissimi Do-  
mini Comites, & Perillustres Liberi Barones, una cum  
Patribus nostrae Almae Conscriptis ac Generosissima  
Nobilissimaque eiusdem Iuuentute, hunc actum  
peragendum, sua honorifica praesentia concelebrare  
& illustrare uelint, omni studio ac debita deditissima-  
que opera, suo tempore fertibunda, precor atque  
contendo. D. Vitembergae MDCXXXVII.

**XXIX.** Iun.

**VITEMBERGAE**

**TYPIIS EPHRAIMI GOTTLÖB EICHSFELDI.**

B

Wittenberg Diss. 1737

W.W.

ULB Halle  
004 087 461


3



56.



B.I.G.



10212  
1737 27 32

ORDINIS  
IVRE CONSVLTORVM  
IN  
ACADEMIA VITEMBERGENSI  
H. T.  
DECANVS  
GODOFRIDVS  
LVDOVICVS  
MENCKEN  
ICTVS  
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS ET  
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE AVLAE AC IV  
STITIAE NEC NON IN SVMMO PROVOCATION  
SENATV CONSILIARIVS ITEMQVE COLLEGIO  
RVM QVAE VITEMBERGAE FLORENT IVRI  
DICORVM ET IVDICHI PROVINC LVSAT.  
INFER ASSESSOR